Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



nomis educauit amas mea ꝓuent Deduxit me se
semitas iustitie ꝓter nomen suum Nam et si ambu
lauero in medio umbre mortis non timebo mala
quoniam tu mecum es Virga tua et baculus tuus ipsa me ꝓso
lata sunt Parasti in conspectu meo mensam aduersus
eos qui tribulant me Impinguasti in oleo caput
meum et calix meus inebrians quam preclarus est Et
misericordia tua subsequetur me omnibus diebus uite mee Et
ut inhabitem in domo domini in longitudinem dierum Gloria
Domini est terra et plenitudo eius orbis Omnis
terrarum et uniuersi qui habitant in eo Quia
ipse super maria fundauit eum et super flumina ꝓpa
rauit eum Quis ascendet in montem domini aut quis
stabit in loco sancto eius Innocens manibus et mundo
corde qui non accepit in uano animam suam nec iurauit
in dolo proximo suo Hic accipiet benedictionem a domino
et misericordiam a deo salutari suo Hec est generatio querentium
dominum querentium faciem dei iacob Attollite portas
principes uestras et eleuamini porte eternales et in
troibit rex glorie Quis est iste rex glorie dominus fortis
et potens dominus potens in prelio Attolite portas prin
cipes uestras et eleuamini porte eterniales et introibit
rex glorie Quis est iste rex glorie dominus uirtutum ipse est
rex glorie Glo:
Ad te domine leuauit animam meam deus meus in te confido non erubescam Neque
irrideant me inimici mei etenim uniuersi qui sustinent
te non confundentur Confundantur omnes iniqua agentes
super uacue Uias tuas domine demonstra mihi et se
mitas tuas doce me Dirige me in ueritate tua
et doce me quia tu es deus saluator meus et te susti
nui tota die Memento miserationum tuarum domine